

MEDULLA
BACHHOVIANA,
Hoc est,
SUCCINCTA ENODATIO
celeberrimi illius Comimentarii ,
quem Reinhardus Bachovius Echtius , in
perantiqua Academia Palatina quondam Antecessor
juris acutissimus, ad Institutiones Juris Justinia-
neas conscripsit,

*Elaborata prius in usum privatum ,
cum indice rerum & verborum mulio locupletiori ,
quam ante ; Nunc vero in gratiam Tyronum & ad
efflagitationem aliorum typis publicis
mandata ,*

OPERA & STUDIO
PETRI RICHARDI SCHEFFERI.

CONSIL: HANOV:



HANOVIAE,
Typis & Iaponensis Jacobi Lasche.

gollariis mem-
riter inhibe-
ri districte
iusticæ
no modo

ANNO M. DC. LVIII.



Sophonae TIT. I. Rodri.
DE JUSTITIA ET JURE.

In princi.

VOLUNTAS, &c.] Virtutis proprium genus est habitus; nullus autem habitus est voluntas, sed voluntatem facit promptam & expeditam ad agendum; Eoque genus istud est metonymicum, effecti nimis pro causa; quamvis etiam habitus in illa parte animi quæ voluntas dicitur esse possit tanquam in subjecto; sicut & Aristoteles virtutes morales, inter quas est justitia, collat in parte animæ appetente.

Ezechior Eod. princ. Rodri.

CONSTANS ET PERPETUA, &c.] Multiplicant hanc definitionem non congruere humanæ justitiae; sed nota est distinctio vulgata inter abstractum & concretum; vel inter essentiam justitiae, & inter existentiam, quæ est & consideratur in subjecto. Rectè itaque definitur justitia, quæ virtus est & habitus, & omnis habitus est qualitas ex græ mobilis à subjecto, nec habitus dici posset, nisi *επειαις καὶ αὐτοῖς τεκνεῖσι,* hoc est, constanter, sive firmè, & immutabiliter agetur. *Aristot. 2. Eth. 3.* Undo perspicuè errat Accursius, qui verba *constans* & *perpetua*, à definitione justitiae, si accipiatur de humana, removet; & gravius Hottom, qui exinde opinatur, definiri Deam Justitiam, Jovis filiam, quam Romani ubi cum aliis Diis coluerunt: neque enim Dea definiri potest voluntas, neq; etiam di-